

HAGBERTVS I. LEODIENSIS PRAESVL.



H Agbertus aut Hubertus eruditio[n]e & pieta[te] suo tempore in Belgis in magna authoritate fuit. Itaq[ue] in superiori Traiecto, quæ nunc Mastrich dicitur, post Lambertum Episcopus electus fuit. In eo loco cum aliquandiu præsedisset, atque uerbo & exemplo homines ad ueram religionem pellexisset, tandem sedem suam Episcopale Leo-dium transtulit, atque ibidem cathedralē Eccle-siam esse iussit. factū est id circa annū salutis no-stræ septingentesimum decimum. In ea Ecclesia ipse cuncta optimè disposuit, atque nihil quod pa-storis boni intererat intermisit. Itaq[ue] factū, ut magna[m] immortalitatis laudem in cœlo & terra asse-cutus fuerit. Corpus eius post 70 annos illæsum conseruatum ad pagum Ar-duennam translatum, & multis miraculis nobilitatum fuit. Tritt, Funckius in Chronologia,